

flavae subtus purpurascentes. Pappus flavescentia  
rigidulus breviter plamosus.

9. *Apargia hyoseroides* mihi.

*Hyoseris taraxacoides* Wulfen.

In Belgia legit Wulfen.

Sespo uniflora filiforme glabro, calyce octophyllo, basi aucto glabriusculo foliis runcinatis hirtis, pilis simplicibus furcatisque, seminibus omnibus pappo sessili plamoso coronatis.

Fors *Thrinaciae hirtae* var. Semina substriata fine attenuato tuberculato - denticulata. Thalamus nudus.

10. *Crepis integrifolia* mihi.

Floruit in nostro horto. Nescio unde.

Caule ramoso sulcato folioso corymboso, ramis supra flores centrales praecoces elatis, foliis integris et integerrimis glabris lanceolatis sessilibus, calycibus pubescentibus: phyllis accessoriis filiformibus, pappo sessili.

Rami foliosi supra flores caulis elati corymbosi. Foliis linearibus. Corolla fere ut in *Hieracio Auricula* sed non hispidus. Folia inferiora lanceolata, superiora angustiora semi-amplexicaulia nec sagittata nec dentata. Pedunculi sulcati villosi non squamułosi.

11. *Coreopsis fruticosa* mihi.

Planta in nostrum hortum nomine *Ivae frutescentis* inducta, ni fallor e Vienna allata. Patria ignota.